

dum in strauiza siue potationibus illis sunt faciunt sibi concedere denarios super
filijs a mercatoribus forensibus videlicet de gazaria soldauia & alijs partibus
circumstantibus & dicuntur* illos in potationibus illis expendunt & sic filios
suos uendunt. domine vero cum in potationibus illis tota die permanent propter
apetitum mingendi non inde discedunt set earum domicelle magnas spon-
gias adducentes tam caute eis suponunt quod gentes alie non perpendunt nam una
uidetur quod loquatur cum domina & alia spongiam supponit & domina sic
134^v° sedendo emingit in spongia | & postmodum domicella spongiam ipsam aufert
ualde plenam & sic mingunt quandocumque mingere uolunt dicemus etiam uobis
unum quod semel ibi euenit nam dum quidam cum uxore sua a potationibus
illis discedens in sero domum accedere uxor eius se posuit ad mi[n]gendum propter
nimium frigus pili femoris congelattj se comprehenderunt cum erba ita quod
mulier propter dolorem se non ualens mouere clamabat et tunc vir eius ualde
ebrius condolens de uxure se inclinauit illuc. & incepit flare uolens cum flatu
calido congelationem illam destruere & dum flaret flatus humiditas congelata
fuit & sic pilli barbe comprehensi fuerunt cum pilis femoris mulieris. / quare
similiter ex nimio dolore non poterat inde moueri & sic ibidem pende-
bat unde oportuit quod superuenirent aliqui qui glaciem illa[m] confringerent si abinde
discedere uoluerunt moneta uero illarum gentium grossa sunt virge auree longitu-
dinis uero unius semisis & precij forte quinque solidorum grossorum vna moneta
quoque parua sunt capita de mantoris & alia quidem in rosia dicenda non sunt
quare discedentes ab ipsa dicemus de mari maiori videlicet que ciuitates & gentes
sunt circa ipsum prout aperte poteritis audire & primo dicemus de constantinopoli
set tamen dicemus primo de quadam prouincia que est intra tramontanam &
magistrum in illa quidem contrata est quedam prouincia nomine lac in con-
135^r° finibus rosie cuius gentes habent regem & sunt xristiane & saracene | & habent
multas pelles & bonas que per multas alias partes feruntur a mercatoribus viuunt
insuper de mercimonijs & artibus alia ibi dicenda non sunt quare vltius
procedentes dicemus de maiori mari verum est tamen quod multi homines &
mercatores hoc sciunt set plures sunt nescientes & pro illis ponemus in scriptis
& primo dicemus de ore & artitudine constantinopolis /de ore maris maioris/

Os introitus maris maioris de ponente habet unum montem nomine far &
cum inceperamus de mari maiori nos penituit ponere in scriptis quia
multi sciunt & ideo discedemus ab ipso //—— finis

Explicit liber dominj Marci Paullj :/

* Read : denarios (*Benedetto*)

CXXXI